
Université de France - Distribution générale des prix aux élèves des collèges de Paris et de Versailles - Année 1823.

Numéro d'inventaire : 2002.02175

Type de document : imprimé divers

Imprimeur : Imprimerie royale, Paris

Période de création : 1er quart 19e siècle

Date de création : 1823

Description : Couverture papier bleu, brochage d'origine.

Mesures : hauteur : 255 mm ; largeur : 205 mm

Notes : Le duc de Chartres, fils aîné de Louis-Philippe, élève de 3ème à Henry IV, récolte un septième accessit d'histoire.

Mots-clés : Distributions de prix et livres de prix

Filière : Lycée et collège classique et moderne

Autres descriptions : Langue : Français

Nombre de pages : 52

UNIVERSITÉ DE FRANCE.

DISTRIBUTION GÉNÉRALE
DES PRIX.

LE 18 août 1823, la distribution des prix aux élèves des Collèges de Paris et de Versailles a été faite, au chef-lieu de l'Académie de Paris, par Son Exc. le Grand-maître de l'Université.

Un grand nombre de personnages distingués ont assisté à la séance.

Les Directeurs et Professeurs des Collèges particuliers; les Proviseurs, Censeurs et Professeurs des Collèges royaux; les Doyens et Professeurs des cinq facultés de théologie, de droit, de médecine, des sciences et des lettres, étaient réunis à onze heures.

A midi, Son Exc. le Grand-maître de l'Université est entré dans la salle, précédé des Inspecteurs de l'Académie de Paris, du Conseil académique, des Inspecteurs généraux des études et du Conseil royal de l'Instruction publique.

La séance étant ouverte, M. *Gobert*, Docteur ès lettres,

A₂

(4)

Professeur de rhétorique au Collège royal de Charlemagne ,
a prononcé le discours suivant :

NEMINI erit admirabile, REGIÆ PRINCEPS UNIVERSITATIS, SUMMI STUDIORUM MODERATORES, AUDITORES ORNATISSIMI, quòd, cùm in consessu vestro surrexi, orationem habiturus, animum nonnihil metûs ac trepidationis invaserit. Etenim timendum fuit, ne pro hujus loci amplitudine, et pro exquisito talium auditorum judicio, oratio mea parùm gravis videretur et accurata. Sed hoc animum meum, hæsitantem antea, reficit et confirmat, quòd reputo viros ingenii et doctrinæ laude spectatissimos, eos esse, qui aliena studia adeò non fastidiant, ut contrà summâ excipiant benevolentîâ. Simul elegi materiam, quam spero haud ingratam fore omnibus. De SORBONA, ac præsertim de faustâ doctrinarum, quam complectitur, SOCIETATE dicere incipientem me sublevabit vestra humanitas, si cogitaveritis, quales fructus ex hâc ingenuarum artium ac doctrinarum et divinæ scientiæ conspiratione, seu, ut alia verba usurpem, ELOQUENTIÆ, PHILOSOPHIÆ ac RELIGIONIS, exoriri debeant. Priscam istorum studiorum cognationem, nunc velut fœdere stabili renovatam et in æternum firmatam, verbis prædicare exorsus, lætor ipse et gaudeo, quòd, fati haud inferioribus redditum, insignes pompas et concilia solemnia iterùm videat habeatque hoc vetus doctrinæ domicilium.

Quis enim locus, quænam ædes digniores fuerunt, quæ tam egregium cœtum exciperent, quàm Sorbona, nomen sanctioris scientiæ laude antiquitùs consecratum? Sub DIVO LUDOVICO fundata, jam inde ab ortu non Galliam modò, sed omnes Christianas gentes lumine doctrinæ suæ illustravit, felix in erudiendis juvenum animis, et ad sacra ministeria informandis, felicior in corrigendis plectendisque inconsultæ fidei erroribus. Sed quamvis populorum admiratione, regum gratiâ, summi pontificis favore et

(5)

tutelâ floreret, nunquam exiit originis suæ simplicitatem et modestiam. Maximo doctrinæ studio, maximâ pietate tantum innotescere voluit : paupertatis etiam titulo, tanquam nobilitatis nomine gloriabatur, et pauper adhuc appellari voluit, postquam opes, modestas quidem, adepta est, principum donis et muneribus ornata.

Dies deficeret enumeranti quanta hic ordo et ad gloriam et ad dignitatem Galliæ contulerit. Liceat tamen unum et maximum quidem beneficium memorare, quo pateat exemplo, inde omnia lumina scientiæ nata, ex quo Christianæ fidei oracula et perfectæ pietatis præcepta exoriebantur.

Vix inventa erat in finibus Germaniæ ars illa, quæ, litteris ratione mirabili formatis et aptè compositis, tenebras et barbariem ex Europâ discutere, opes antiquitatis recentioribus ætatibus reddere, et quodammodo veteres illos viros ingenii famâ celebratissimos valeret è sepulcris excitare : cum hujus insignis scholæ principes rem tam feliciter repertam vehementi studio prosecuti, famæ suæ aliquid deesse existimaverunt, nisi Gallia ipsis inventi beneficium tanti deberet. Unum ex primis artis illius repertoribus litteris et precibus etiam ad se vocant, nec desinunt eum orare, exposcere, flagitationibus fatigare, donec in Galliam proficisci, et nobili hujusce domûs hospitio frui vellet. Hic labores exorsus, primos, quos Gallia unquam vidit, libros, jam manu non tardè exaratos, sed tempore breviori concinnatos, et longum in ævum duraturos edidit. Hic antiqua asservata erant volumina, typis recentissimè inventis impressa, doctrinæ quasi nascentis monumenta : ut ex eo fonte uberrimus ille litterarum proventus, quo recentiores meritò ætates superbiunt, profluxisse videatur.

Desinamus ergo, gloriæ præsentis nimii laudatores, antiquitatem illam omnium doctrinarum parentem dedignari, et Sorbonam ipsam vituperare, tanquam litterarum incrementis adversatam. Longè aliter censebant viri principes, quoscumque vidimus in

